



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 110. Sommersetus, ejusque Conjux, ceterique Overburianæ necis
conscii in carceres abstracti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

tabatur Sommerfeti animus: recurſa-
 bat identidem moleſta recordatio hor-
 rendæ cædis, qua Overburium olim
 amicum ſuum furori ac libidini ſuæ li-
 tabat: cruciabat Regiæ indignationis
 ac vindictæ formido, necnon priſtini
 favoris deſiderium: ne vero prævalente
 inquietiſſimo harum cogitationum tur-
 bine ſuæ obliſceretur ſecuritatis, Re-
 gem ſupplex adiit, ut ſibi omnium cul-
 parum, a quibus tot negotiorum multi-
 tudo & gravitas innoxium etiam quem-
 vis gravare poſſet, veniam Regio di-
 plomate concedere, ejuſque vitam ab
 æmulorum inſidiis in tuto collocare di-
 gnaretur. Annuit quidem Rex, Regio ta-
 men diplomati ſigillum apponere renuit
 Cancellarius, nec ipſomet Rege id æ-
 gre ferente.

Sæc. XVII.
 A. C. 1615.

§. CX.

*Sommerſetus, ejuſque Conjux, cete-
 rique Overburianæ necis conſcii
 in carceres abſtracti.*

Sub idem tempus Reeveus Pharma-
 copolæ famulus Fleſſingæ cum Trum-
 balli Equitis, qui Bruxellis Jacobi Re-
 gis Oratorem agebat, famulis frequens
 habebat commercium, eiſque referebat,
 quod Londini conſtitutus Franklini juſ-
 ſu clyſterem veneno infectum præparaſ-
 ſet.

Rapin. l. c.
 S. Anth.
 Weldon.
 p. 102.

Sæc. XVII. set, illudque Overburio paulopost de-
A. C. 1615. denti adhibuisset. Hanc rem edoctus
Trumballus obtenta venia in Angliam
reversus est, totamque rei seriem Regi
qui tum Roystoni, agebat exposuit. Hic
Eduardo Cookio supremo rerum capi-
taliū præfecto clam in mandatis de-
dit, ut Sommersetum, ejus conjugem,
Westonum, Franklinum, Turneriam,
& Ellwysum Turris Londinensis Custo-
dem carceri mancipari curaret. Ac-
cepto hoc Regis mandato Cookius nul-
la mora rei executionem cuidam justi-
tiæ administro mandat, qui Roy-
stonum delatus, præprimis mandati sui
seriem Sommerseto Comiti exposuit.
Hic vero velut fulmine tactus, cum ad-
huc in Regis amplexu hæreret, excla-
mabat, nunquam hætenus auditum
esse, quod Regni Princeps præfente
Rege captus abduceretur: Rex vero,
quid rei subesset, se ignorare simulabat,
subridensque inquiebat: *non, non, ami-
ce, te judici sistere teneris, ipse ego voca-
tus, comparere obstrictus essem, ipsum quo-
que ad palatii fores usque comitatus
eundem rogabat, ut prompte rediret,
eoquod absque ipsius consortio vivere
haud posset; vix autem infelix Comes
curram conscenderat, cum Rex eidem
succlamaret: Rapiat te diabolus, faciem
meam haud amplius videbis: quamprimum
igitur*

igitur Comes Londinum pervenerat, Sæc. XVII. A. C. 1615.
 confestim turri includitur, ejus quo-
 que conjux, ceterique complices variis
 in carceribus capti detinentur, ex
 quibus illi, qui de Overburii nece con-
 victi erant, alii Mense Octobri, alii ve-
 ro Mense Novembri ultimo supplicio
 affecti sunt: Comes vero unacum Con-
 juge sua, eoquod Overburii homicidio
 contaminati essent, Judicum judicio
 capite damnantur, cujus tamen senten-
 tiæ executionem Rex differri jussit, tan-
 dem vero utrique vitæ veniam, liberta-
 temque indulgit.

§. CXI.

*Michael Fedrovitius Magnus Mosco-
 viae Dux electus.*

Interim Moscovia diuturno æque ac gra- Merc. Gal-
 vissimo bello afflictâ, & tam a Polo- lobelg. t. 10.
 nis quam a Suecis misere vastata, rui- l. 3. & l. 4.
 næ proxima videbatur; postquam enim pag. 89.
 Sigismundus Poloniæ Rex factiosos fere Contin. Sleid.
 quinquaginta. qui in Regis caput con- part. 4.
 juraverant, Varsoviæ palam extremo pag. 268.
 supplicio plecti jusserat, horum metu
 solutus, & periculi domestici jam se-
 curior, ductore copiarum Radzivilio,
 decem millium exercitum in Moscoviam
 præmisit, terras illas, urbesque ad de-
 ditionem, armis & populatione com-
 pulsu-

Gg 4

pulsu-